

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nilus Mysticus Profluens Ex Paradiso Voluptatis, Sive Doctrinae Ad Mentem Scoti Theologicae, Ac Per Duodecim Alveos Regios In Flumen Magnum Serenissimae Marchionum Badensium Genealogiae Sese ...

Stümmel, Friedrich

Fulda, 1673

Franciae

[urn:nbn:de:bsz:31-11315](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-11315)

*Serenissimæ Domus Badensis origo ex
Antiquissimis Regibus*

FRANCIÆ.



H U G O

COgnomento Capetus, ex p̄isco VVitikindī Magni Saxonix Regis Sanguine
progenitus; Ludovico ultimo ex Caroli Magni Posteritate Francorum Rege
veneno necato, ad vastigium Francix euectus, postquam novennium regnasset vi-
tā excessit, Anno 998. Uxor Adelais Eudi Comitis Blesensis Filia.

Robertus Pius Rex Francix,

Roberti Pij Filius, decessit Anno 1030. Uxor Constantia Comitissa Arelatensis,

Henricus I. Rex Francix,

Roberti Pij Filius, decessit Anno 1060. Uxor Anna Georgij Ruffix filia.

Philippus I. Rex Francix,

Henrici I. filius, obiit Anno 1109. Uxor Bertha Florentij Comitis Hollandix filia.

Ludovicus VI. Crassus, Rex Francix,

Philippi I. Filius, decessit Anno 1137. Uxor Alexia Humberti Comitis Moriennix filia.

Ludovicus VII. Rex Francix,

Ludovici Crassi filius, obiit Anno 1180. Uxor Constantia Alphonfi VII. Hispan. Regis filia.

Margarita Regia Princeps Francix,

Ludovici VII. Regis filia, nupta Secundis votis Belæ III. Regi Hungariæ.

Constantia Regia Princeps Hungariæ,

Belæ III. Regis filia, nupta Premislao Regi Bohemix.

Ludo-

Ludomilla Regia Princeps Bohœmiæ,
Premislai Regis filia, nupta Ludovico Palatino, Duci Baviariæ.

Otho Illustris Comes Palatinus Rheni,
Dux Baviariæ, Ludovici Filius, obiit Anno 1253. Uxor Gertrudis Henrici Electoris Palatini filia,
Henrici Leonis Neptis.

Ludovicus Severus, Elector Palatinus Rheni,
Othonis Illustris filius, decessit Anno 1294. Uxor Mechtildis Rudolphi I. Rom. Imp. filia.

Rudolphus Elector Palatinus Rheni,
Ludovici Severi Filius, obiit Anno 1319. Uxor Mechtildis Adolphi Nassovij Cæsaris filia.

Adolphus Elector Palatinus Rheni,
Rudolphi filius, decessit Anno 1389. Uxor Irmengardis Comitissa Oetingana.

Rupertus Elector Palatinus Rheni,
Adolphi filius, obiit Anno 1398. Uxor Beatrix Friderici Sicilia Regis Filia.

Rupertus Romanorum Imperator,
Comes Palatinus Rheni, Ruperti Electoris filius, decessit Anno 1410. Uxor Elisabetha Friderici Burggravij Norinbergensis filia.

Margarita Comitissa Palatina Rheni,
Ruperti Imperatoris filia, nupta Carolo Audaci Duci Lotharingiæ.

Catharina Ducissa Lotharingiæ,
Caroli Audacis Filia, nupta Jacobo Marchioni Badensi, Anno 1418.

Carolus Bellator, Marchio Badensis,
Jacobi filius, obiit Anno 1475. Uxor Catharina Ernesti Ferrei Archi-Ducis Austriae filia.

Christophorus Marchio Badensis,
Caroli Bellatoris filius, decessit Anno 1527. Uxor Ottilia Philippi Comitis Cattimeliboci filia.

Ernestus Badensis,
Marchio Durlacensis in Pfortzheim Christophori Filius, obiit Anno 1553. Uxor Elisabetha
Marchionissa Brandenburgica.

Carolus Marchio Durlacensis,
Ernesti in Pfortzheim filius, obiit Anno 1577. Uxor Anna Ruperti Comitis Palatini in Lau-
terreck filia.

Georgius Fridericus Marchio Durlacensis,
Caroli Filius, decessit Anno 1638. Uxor Juliana Ursula Friderici Rheingravij filia.

Fridericus Marchio Durlacensis,
Georgij Friderici filius, obiit Anno 1659. Uxor Eleonora Alberti Othonis Comitis Solmen-
sis in Laubach filia.

BERNARDUS GUSTAVUS

S. R. Ecclesiæ Cardinalis, S. R. Imperij Princeps, Inclytæ Ecclesiæ Fuldenfis
ABBAS, Augustæ Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam
& Galliam Primas &c. Marchio Badensis & Hochbergensis in Durlach &c. Ecclesiæ
Ducalis Campidonensis Administrator, & Coadjutor liberæ seu immediatæ Abba-
tiæ & Eccl. Syburgensis, Landgravius in Saufenberg, Comes in Sponheim, & Eber-
stein, Dominus in Rötelln, Badenweiler, Lahr & Malberg, Metropolitanæ & Cath-
edralis Eccles. Colonienfis & Argentinensis respectivè Canonicus & Capitularis, &c.

Sere-



*Serenissima Domus Badensis antiquissimis Gal-
liae Regibus consanguinea symbolicè in cog-
natis sibi lilijs exhibet tres Vir-
tutes Theologicas.*

Considerate lilia, clamat veritas: quam niveus candor fidei! quam suavis odor spei! quam rutilans aurum charitatis! ut vestiantur, *non laborant, neque nent & tamen Deus sic vestit.* 1. Vestiendo absque dispositione physica creaturæ producit, producendo infundit. Liliū contra serpentum virus est præsentissimum remedium: 2. Fides alexipharmacum contra virus hæreticum: 3. Spes antidotum contra desperationem: 4. Charitas amuletum contra omne peccatum mortiferum. 5. Sunt virtutes in substantia supernaturales. 6. Actus earum supernaturales generant habitus ordinis naturalis. 7. Quia infusæ per se non distinguuntur per ordinem ad objectum ab acquisitis. 8. Inter infusas prior origine, non dignitate, fides. 9. Pro objecto materiali respicit omne revelatum à DEO. 10. Pro objecto formali divinam postulat auctoritatem; non revelationem, 11. Utpote non nisi per modum conditionis divinam veracitatem applicantis, concurrentem. 12. Communis sit, an privata, nihil interest. 13. Veracitas divina exigit, DEUM nec fallere, nec falli posse. 14. Quia neque de potentia absoluta mentiri potest. 15. Errorem nihilominus tam actualem, quam habitua-lem quo v. g. quis putaret propositionem falsam esse veram in intellectu alicujus, vel se solo, intellectu passivè tantum se habente, infundere nil implicat. 16. In Ecclesia necessaria est aliqua infallibilis regula fidei, cui omnes summa certitudine credere teneantur. 17. Datur Verbum Scriptum à Spiritu S. dictatum cujus non est minor auctoritas, quam ipsius DEI loquentis. 18. Omnes & soli illi libri sunt canonici & authentici & verum DEI Verbum, qui enumerantur à Concil. Trid. *sess. 4.* 19. Ad veræ Ecclesiæ Subsistentiam necessaria est, & semper fuit controversiarum fidei & morum infallibilis regula viva, aut Judex legitimus, qui est summus Pontifex. 20. Qui etiam est infallibilis in Canonizatione Sanctorum. 21. Per hanc juxta ordinarium Romanæ Ecclesiæ ritum factam, non declaratur præsens duntaxat gratiæ, sed & gloriæ cœlestis status. 22. Traditio aliqua, non scripta in libris, qui de facto habentur pro scriptura sacra, est infallibilis regula fidei, quam ita constat esse à DEO, quam ipsam Scripturam, ac motiva credibilitatis æque convincunt ipsam esse infallibilem, ac ipsammet Scripturam. 23. Inter regulas fidei auctoritas Concilij Oecumenici legitime congregati & approbati est tenenda. 24. Fides, esse DEUM eumque Remuneratorem, &c. est simpliciter necessaria necessitate medij ad salutem. 25. Ante Christi adventum non fuit necessitate medij necessarium explicitè credere Mysterium SS. Trinitatis &c. 26. Non apparet ratio, cur aliquis ante baptizatus invincibiliter ignorans Incarnationem & Mysterium SS. Trinitatis, credens tamen DEUM esse summum Bonum & Remuneratorem, non posset elicere actum contritionis & per illum salvari. 27. Spes pro formali objecto, respicit DEUM quatenus nobis bonum. 28. Spectat ad voluntatem. 29. Per se obligat, sed quando, incertum. 30. Virtutum Regina charitas. 31. Importat donum animæ realiter infusum à DEO. 32. Indistinctum realiter ab habitu gratiæ sanctificantis. 33. Ejus augmentum, dum vivunt justi suscipiunt. 34. Eadem est charitas in patria, quæ in via. 35. Eadem diligitur DEUS, & proximus propter DEUM. Obligat per se, non tamen pro primo instanti usus rationis. 36. Nec ad actum intensivè, sed apperiativè summum. 37. An per actum naturalem, vel supernaturalem impleatur, perinde. 38. Dilectio proximi implicite involvitur in Dilectione DEI super omnia. &c.